ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: GREGORIUS MAGNUS. PS. MARCILIA. PS. BOTO PRUVENINGENSIS

2. Hälfte 12. Jh. Seite 27v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

atq; in huius mundi se delectatione reclinantes blanda ad
ulatione refouere. Quasi enim puluillo capitium uel cer
uicalibus caput iacentis erecpit. cum correptionis duritia
peccanti subtrahitur. eiq; mollities fauoris adhibetur.
ut in errore molliter iaceat que nulla asperitas contra
dictionis pulsat. Sed hec rectores qui semetipsos diligunt.
his procul dubio exhibent aquib' se nocere posse instudio
glorie temporalis timent. Nam quos nil contra se ualere
conspiciunt. hos nimirum asperitate semp rigide inuectio
nis premunt. numquam clementer admonent. sed pastoralis
mansuetudinis oblti iure dominationis terrent. Quos
recte ꝑ propheta diuina uox increpat dicens. Vos autem
cum austeritate imperabatis eis & cum potentia. plus enim
se suo auctore diligentes iactanter erga subiectos erigunt.
nec quid agere debeant. sed quid ualeant adtendunt.
Nihil de subsequenti iudicio metuunt. improbe de tem
porali potestate gloriantur. libet ut liceat & inlicita
faciant. subditorum nemo contra dicat. Qui ergo uult
praua agere & tamen ad hec ceteros tacere. ipse sibimet te
stis est. quia plus ueritate se appetit diligi. quam contra
se non uult defendi. Nemo quippe est qui ita uiuat
ut aliquatenus non delinquat. Ille g non se ipsum amplius
ueritate desiderat amari. qui sibi a nullo uult contra
ueritate parci. Hinc & enim petrus increpationem

ineze chiel.

adgalatas